



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Catharinæ Virg. & Mart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

longam dilationem temporis illud offerimus. III. Nos non nisi ægrè, & quasi dolenter id facimus. IV. Nos non nisi ad aliquod tempus Deo donamus. V. Nos ferè eo, quo offerimus, tempore, illud retrahimus. Non ita B. Virgo, quæ & omnia Deo donavit, & hoc adhuc trimula, & liberè absque coactione, & in perpetuum concepto vovo. *Crasset in Confid. hoc Festo. Quid mirum: Placuit oblatio. Gen. 34. v. 18.*



FESTUM
S. CATHARINÆ
Virg. & Mart.

THESIS I. *Hæc est Virgo. Eccles. Laus.*
in Brev. Sancta Catharina est
I. *Virgo pura*, cujus Virginitas de Tyranno triumphavit. II. *Filia Sapiens*, cujus Scientia Philosophorum ratiocinationes superavit. III. *Martyr JESU Christi*, cujus Martyrium crudelitatem carnificum vicit.

THE-

THESIS II. *Una est.* Cant. 6. v. 8. Sancta Catharina Virgo, Sponsa, Mater est: I. *Virgo prudentissima.* II. *Sponsa ferventissima.* III. *Mater felicissima,* scilicet 50. Philosophorum. *Vide Crasset festo S. Theresie.*

THESIS III. *Spectaculum factissimus &c.* I. Ita Sancta Catharina Angelis facta Spectaculum, ut Virgo. II. *Mundo,* ut Magistra. III. *Homini- bus,* ut Martyr. IV. *Deo,* ut Sponsa Christi.

Virgo prudentis.

THESIS IV. *Quinque prudentes.* Matth. 25. v. 2. Non modò Fatuæ, sed etiam Prudentes Virgines fuerunt fatuæ, comparatæ cum S. Catharina. I. *Imprudentes fuerunt Opere;* dormierunt enim, quando vigilandum erat. II. *Imprudentes fuerunt in Verbis,* quia dixerunt, ne fortè non sufficiat, quando dicendum fuisset, ne superfluit. III. *Imprudentes fuerunt in Cogitatione,* quia existimârunt, quòd exponendo se pro charitate possent periclitari. IV. *Imprudentes fuerunt Omissione,* quòd pro se rogantibus non in-

intercesserint. Vide Vieira Parte 4. serm.
de S. Theresia §. 9.

THESIS V. *Hæc est Virgo Sapiens. Scientia.*
Eccles. in Laud. Sancta Catharina
Rhetoricæ, Philosophiæ, & Theologiæ
Magistra extitit. I. *Rhetoricæ*, quan-
do veritates Legis Divinæ declamavit
tali eloquentia, qua omnes traxit, &
permovit. II. *Philosophiæ*, quando
praxin Legis persuasit adductis rati-
bus convincentibus. III. *Theologiæ*,
quando Myſteria Legis evolvit tanta
elucidatione, qua etiam ipsos Infideles
illustravit. Quid mirum, si Angeli
eam in Monte Sinai, ubi Lex à Deo da-
ta est, sepelierunt? Durand. in Charact.
Sanctor. hæc.

THESIS VI. *Oleum in vasis suis Consolamur*
lampadibus. Matth. 25. v. 4. Habitationes Dei,
ber Oleum Deus, haber & Mundus *& Mundi.*
Oleum : ad Oleum Dei vasa deficiunt;
Oleum Mundi in vasis deficit ; Oleum
Dei dulcedo æternorum, Oleum Mun-
di delectatio præsentium, illa sufficit,
ista deficit. Hugo Victorin. l. 1. Miss.
c. 51. Mulier Sareptana Olei nimium,
& vasa pauca ; Virgines fatuæ vaso-
rum

rum satis, & Olei parum habere.
Hinc mendicant; Date nobis de Oleo
ostro.

Tentatio. THESIS VII. Hæc est, quæ ne-
vit thorum. Eccles. in Laudib. Ten-
tatores tribus modis maximè scemina-
rum insectantur pudicitiam. I. Bla-
ditijs & Voluptatibus. II. Divitijs
Muneribus. III. Violentijs & Con-
tentionibus. *Vivien in Tertull.*

Virgines prudentes & fatua. THESIS VIII. *Quinque an-
ex eis erant fatua.* Matth. 25. v. 1.
Quinque prudentes. I. *Quinque Fatua*
sunt: Festinantes ad Nuptias; Non as-
stimantes thesaurum; Corpore tan-
tùm, & non mente; Periculo se expo-
nentes. Sibi, & non Deo tribuentes.
II. *Quinque Prudentes:* quæ sensus co-
stodiunt, quæ visum, quæ auditum,
quæ gustum, quæ tactum, quæ odore
tum servant illibatum.

THESIS IX. *Domine, Domine*
peri nobis. Matth. 25. v. 11. *Frustra*
clamant ac perunt, etsi Dominus pro-
miserit: Petite, & accipietis, querite, &
invenietis. Luc. 11. *Cur hoc: Res-*
spondeo, ideò, quia non pulsant: Pub-

sate, & aperietur vobis. Qui pulsat, inquit S. Chrylost. hom. 18. in Matth. non tantum voce clamat, sed & manu; sic qui opera facit, quasi manu pulsat Deum operibus bonis. Vide Garzia part. 1. Conc. 20. §. 6. in fine.

THESIS X. Vosmet ipsos in dilectione Dei servate. Judæ. v. 21. Certamen Sacrum inter & Profanum Amorem; seu Problema sit, Quis in theatro humani cordis alterum superaverit in dilectione sui Objecti? Vide Knellinger S. J. in Dominicali part. 1. num. 143. & 144.

Amor sacer & profanus.

THESIS XI. Quinque prudentes. Scientia. Matth. 25. v. 2. I. Scientia sine Sanctitate ignorantia est. II. Ignorantia cum Sanctitate Scientia est.

Scientia.

THESIS XII. Quinque prudentes. Virgines prudentes. Matth. 25. v. 2. Eæ dici possunt & laudari. I. Quæ Martyrium pro Castitate obierunt. II. Quæ morti maluerunt, quam nubere. III. Quæ se deformarunt pro tuenda castitate. IV. Quæ in Matrimonio tales extiterunt. V. Quæ in Monasterijs puritatem

Virgines prudentes.

tatem tutaræ sunt. Vide *Miechoviensis*
tit. *Regina Virginum.*

Scientia.

THESIS XIII. *Quinque prudentes.*
Matth. 25. v. 2. I. Comparare
Scientiam, ut eam quis alijs vendat
fordida avaritia est. II. Incumbere
ad litteras, ut ijs se jactet, fumus in
nis est. III. Haurire scientias, ut
rum intelligentiam acquirat sibi tan-
tùm, labor inutilis est. IV. Nobis
Studiorum finis est pro Bono commu-
ni, & Salute proximi operam suam im-
pendere.

Oleum.

THESIS XIV. *Oleum in vasis*
suis cum lampadibus. Matth. 25. v. 1.
I. Oleo significatur in Scriptura Suan-
tas, Misericordia, Mansuetudo.
Oleo adumbratur Scientia, quia
lampades accenduntur. Levit. 24.
Hac mentes imbuuntur. III. Oleo
significantur Gratia & Favores cele-
stes, quia unguunt, deliniunt, roborant.
Vide Fullonium in Indice Concionat. folio
6. 2.

Virgo.

THESIS XV. *Quinque fatuæ*
quinque prudentes. Matth. 25. v. 1.
Virgines Prudentes sunt, quæ hanc

rem, & virtutem possident. II. Virgines Fatuæ, quæ in delicijs sunt, & vanitatem colunt. *Diction. Apost.*

THESIS XVI. *Ne fortè non sufficiat nobis. Matth. 25. v. 9.* In materia Salvationis superfluum tantum sufficit, & quod sufficit, minus sufficit: Nam certum est, sine Auxilio Dei salvari neminem posse; certum item, Auxilia Dei aliqua esse sufficientia, alia efficacia; certum denique per Auxilia sufficientia tantum, nisi quatenus efficacia concurrat, neminem unquam salvarum, aut salvandum. *Vieira. part. 4. serm. de S. Theresia. S. 6.*

Gratia.

THESIS XVII. *Hæc est Victoria, quæ vincit Mundum.* I. Joan. 5. v. 4. Sancta Catharina instituit I. Triumphum *Veritatis*, qua convicit 50. Philosophos. II. Triumphum *Puritatis*, qua Imperatori ejusque promissis resistit. III. Triumphum *Charitatis*, qua invicta vitam pro Christo dedit. *Chappuis Med. 25. Nov.*

Triumphus.